

PRIMA PARS
CONTINENS EA, QVÆ AD
PROCESSVS ET ORDINEM
iudicarum pertinent.

CONSTITUTIO
I.

De forma seu modo proponendi
ius litigatorum in iudicio.

*Statuimus & ordinamus, ut deinceps in proponendo &
deducendo iure suo litigatores id obseruent in iudicijs no-
strarum ditionum omnibus, quod in vtroq; iudicio Curiali vel
Prouinciali, tum etiam ex parte in aula nostra recepta con-
suetudine usurpatur, nempe ut ante litem contestatam viua
voce proponant, mutuisq; dictandi vicibus ternis repetitis, iu-
dicis cognitioni se submittant, aut si quid contra factum fue-
rit, in iudicando id non attendatur.*

S V M M A' R I A.

1. Extensio huīus Constitutionis.
 2. Modus procedendi hic præscri-
pens, num à partibus mutari
possit, præsertim accidente iudi-
cis consensu.
 3. Decendium leuterationibus &
appellationibus præfinitum ex-
tendere vel minuere, nec litig-
antibus nec iudici permisum.
 4. Index nisi audita vtraq; parte,
- cognoscere de causa nec debes
nec potes.
 5. Modus procedendi in Constitutio-
ne præscriptus, tam in crimin-
ibus causis, quam in ciuilibus
seruandus.
 6. Et in causis, in quibus absq; litis
contestatione procedi salet.
 7. Constitutio hæc ad causas metalli-
cas non pertinet.



ONSTITUTIO
prima hæc nihil aliud
quā modum seu for-
mā præscribit, quam
in proponendo iure
suo à litigatoribus
vult seruari. Etsi autem illius tantum

partis iudicij mentionem facit, quæ li-
tis contestationem præcedit, eundem
tamen etiam post litem contestatā ob-
seruari Electorem voluisse, ex constitu-
tione 9. huius eiusdem partis appetet,
quæ certos tantum quosdam casus ex-
cipiens, in quibus ius suum in scriptis
propo-

B